



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Novum Gratiæ Prodigium: Sive Vita Venerabilis Matris,  
Sororis Joannæ à Jesu Maria Monialis Præcipui D. Claræ  
Coenobii In Bvrgos**

**Ameyugo, Francisco de  
Coloniæ Agrippinæ**

Facultas, Censura Et Approbatio pro editione Latina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37120**

APPROBATIO.  
FACULTAS, CENSURA ET APPROBATIO  
pro editione Latina.

EGO infra scriptus vigore potestatis à Reverendo Patre INNOCENTIO Carthusiæ Priore & totius Ordinis Carthusiensis Ministro Generali acceptæ, Vitam mirabilis Virg'nis Joannæ à JESU MARIA, à quodam memoriati Ordinis Alumno, ē Germanico idiomate in Latinum translatam & à tribus Patribus nostris ad hoc deputatis revisam, censam & approbatam, typis vulgari permitto. Cujus rei fidem facio, manu mea & Sigilli appositione, in Carthusia Olomucensi 8. Januarii Anno 1688.

F. BERNARDUS GEPFHARD Carthusie  
Olomucensis Prior, diuine Ordinis per Provin-  
ciam Alemania Superioris Visitator.

ADMONITIO UTRIUSQUE INTERPRETIS  
ad benevolum Lectorem.

Quoniam quamplurima mira, rara ac vix audita usquam gesta in hac præsenti historia leguntur, benevolum Lectorem prius commonefacere constitui, ut proximè sequentem hujus vitae Præfationem impendio observeare in animum inducat, in qua ipsi fideles, ac ipsa demum totius historiæ veritas pluribus declaratur. Ad hæc affatim etiam auctorum vitæ hujus veritas firmabitur, si tota eorundem series ac tenor ordine haud perverso ac præpostero cum longanimitate legendο decurratur. Monere etiam secundò volui, quod mira hæc & admiranda facta, juxta testificationem Hispanici Autho-ris, accepta sint ē Judicario processu, quem Reverendissimus ANTONIUS PAINO Archi-Episcopus Burgensis instituit super exoticis omnibus hisce gestis, totaque Venerabilis Virginis Vitâ, ubi cum primis observandum, quod imo ita constituto Processu, auditū sub jurejurando sunt illi, qui res hasce suæ met conspexere oculis, aut illis præsentes interfuerē, quas inter est etiam usitata Sororis Joannæ Feriae sextæ exercitatio, quæ sæpenumero atque à compluribus personis est vita, ac deinceps eorundem jurejurando confirmata.

Hæc mihi præcipue fuere indicanda, ob effigiatam in capite libri crucifixionem Joannæ, quæ mira quibusdam, ac quasi à veritate aliena videtur, cum tamen ad prædictum modum complures fide digni homines eandem conspexerint, atque juramenti religione firmârint. Porro tamen si Christus Dominus cum sua Gloriola Parente, Divis Cœlestibus, atque Angelis, non à testibus, sed à sola duntaxat Joanna visi fuerint, nihilo tamen secundū ad crucifixionem eosdem appingere placuit; eò quod Soror Joanna dum in virtute sanctæ obedientiæ à suis Superioribus ex ea quereretur, adige-

re tur-